



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

Regvla VI. Nemo potest ad impossibile obligari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

nus ad confessionem admittuntur, quod speret Confessarii tandem eos ad veram pœnitentiam Ecclesia crebris & salutibus admonitionibus reddituros.

## REGULA VI.

Nemo potest ad impossibile obligari,

**S**imilis Regula est in l. *Impossibilium* 18 §. D. eod. *tit.* Defumpta videtur ex e. fin. & De part. &c. fin. *De conditionib. appos. ex. 1. De jurejur. lib. 6.* Et locum habet non tacitum si impossibile in obligationem deducatur, veluti, Hoc in Româ *da-* *bis*: cum uterque Ingolstadi sit: verum etiam si id, quod impossibile est, promittatur sub conditione impossibili, ut in exemplo Justiniani: *Si cæ-* *lum tertero, dare spondes si impossibilis Inst. De* *inuiti stipulat.* Prioris hæc ratio est, quod omnis obligatio aut in dando, aut in faciendo constituit, l. 2. in princ. D. *De verbis oblig.* sed quod non est, aut esse, sive fieri non potest, frusta pertinet. Non iugatur ejus obligatio ulla oriri potest. Quæ ratio eadem militat, etiamsi ignoraverint contrahentes se rem impossibilem in obligationem deduxisse: nos enim opinione nostrâ rei natura vel immutatur vel nova constituitur. Posterioris rationem hanc tradit *Martianus Juris*, quia in ea re, inquit, quæ ex duorum plurimum consensu agitur, omnium voluntas spectatur, quorum proculdubio in hujusmodi actu talis cogitatio est, ut nihil agi existimat, appositâ èa conditione, quam sciant esse impossibilem. *Hæc Martianus in l. Non solum 30. D. De actis & obligat.* Itaque, apposita conditione impossibili, videantur contrahentes non serio, sed jocosè egisse. Impossibilitas verò dupli ex capite orihi lolet; aut quia natura impedimento est, ut in supra allatis & similibus exemplis: aut quia ius vel boni mores vetant, l. *Con-* *tinuus 137. § illud inspicendum, juncto §. cum quis D.* *De verbis oblig.* veluti, rem sacram vel religiosam dari, d. § *cum quis*: aut si fortius vel alterius delicti nomine promissio fiat, l. *Siplagus 123. De verbis oblig.* aut si hæredis institutio aut legarum à testatora ita relictum sit, si parentibus alimenta non præstiterit, si ab hostibus patrem non redemerit, l. *Conditions 9. D. De condit. insitit.* Quæ facta, inquit eleganter *Papinianus*, laedunt pietatem, estimationem, verecundiam nostram, & (urgenaliter dixerim) quæ contra bonos mores sunt,

ne facere nos posse credendum est, text. in l. *Filius 15. D. De condit. insitit* jungit & l. *Nepos Proculo 125. D. De* *verb signif.* Sed hoc interest iater conditiones impossibilis, quæ ultimis voluntatibus adjiciuntur, & quæ contractibus, quod illæ institutionibus, legatis, fideicommissis adjectæ, pro non scriptis habeantur, in favorem ultimæ voluntatis, l. 1. & l. *Conditions 9. D. De condit. insitit.* siquidem in testamentis plenior interpretatio adhibetur, l. *In testamento 12. D. De R. I.* cùm non facile credendum sit, aliquem testamento suo aliquid adjectum ad impugnandum idem judicium suum, l. 3. *D. De testamento milia.* In contractibus verò impossibilis conditiones adjectæ infirmant ipsum contractum, cum contractus non eamdem benignitatis interpretationem à jure recipiant, ut pote minus favorabiles, c. *Cum dilecti 6. in fine De donat.* Excepto matrimonio, cui si turpis vel alia conditio impossibilis adjiciatur, habetur ea pro non adiecta, & matrimonium purè contractum intelligitur: idque in favorem ipsius matrimonii. Nisi forte adjecta conditio esset contra substantiam matrimonii; puta si alter contractum dixerit: *Contra te tecum, si generationem prolixi vitaveris;* vel donec inveniam aliam honore, vel facultatibus ditionem; aut si pro quaestu adulterandum te tradideris. Etenim hæc conditions matrimonio prorsus adversantur, per text. in cap. fin. *De condit. appos. de quo* alter disputat D. Peckius hic sub num. 10. in fine & num. seq. Ubi tamen testator conditionem impossibilem possibilem existimavit, legatum vel fideicommissum non valebit. *l. Servo manumissio 58 D. De condit. indeb.* cùm in testamentis voluntatem testatoris ante oculos spectemus, l. *Fideicomissa 11. § item si quis. l. Non aliter 69. D. De* *legatis 3.* In certis autem nullus est conjectura locus, l. *Continuus 137. §. 2. in fine D. De verbis oblig.* Quod & in contractibus retinendum est, l. *Semper in contractibus D. De R. I.* Vide ad Reg. *Insipicimus 45. infra eod.*